Quelle: http://manuscripta.at/?ID=506
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quidem incipienti ad euidentiam rerum dicendarum. Philosophia omis
in tres principales secatur partes. logicam. ethicam. theoricam. Quar
ta enim quam in loco suo adiciemus. hic ex sup habundanti enu
merare est. Philosophia itaq: tres continet partes. primam. i. logicam.
que uim modumq: rationum. ueriq: ac falsi iudicium as
sumpsit. secundam autem. i. ethicam. que modum uiuendi rectum. &
discipline formam secundum uirtutum institutta disponit. tertiam q. i.
theoricam que sola uerum in omni quod est. & non est scrutari elegit. Hui
i dem theorice tres partes sunt. prima mathematica. secunda phisica.
tertia theologia. in quibus contemplatio ueritatis. quibusdam quasi con
templationum gradibus ad summum ascendit. Prima enim. i. mathemati
ca speculatur uisibiles rerum uisibilium formas. secundam autem. i. phi
sica scrutatur inuisibiles rerum uisibilium formas. tertia q sola. i.
theologia contemplatur inuisibiles substantias. & inuisibilium substantiarum
inuisibiles naturas. Et est in his quasi pgressio quedam & pfectus mentis
ad cognoscendum uerum ascendentis. Et uisibiles enim uisibilium for
mas pueniunt ad inuisibiles uisibilium causas. & per inuisibiles uisi
bilium causas ascendunt ad inuisibiles uisibilium substantias. & earum cog
noscendas naturas. Hic autem summa philosophie est. & ueritatis
perfectio qua nichil aliud esse potest animo contemplanti. In hac sapi
entes huius mundi propterea sicut iam dictum stulti facti sunt. quia so
lo naturali documento secundum elementa & spem mundi incedentes ere
plarum gratiam non habuerunt. in quibus & si spes erat humilis. si: manifes
tior probatur demonstratio ueritatis. Hic quoque stultam fecit dominus sapiam
huius mundi. queritate cognoscere noluit. quam in sua eruditione
formam humilitatis tenere contempsit. Hoc nunc de theologia dixisse
sufficiat propter ierarchiam dionisii in qua explanationis gratia aliqua
dicenda suscepimus. omnis enim ierarchia theologie subponitur. & necesse
erat introducendis ad lectionem ierarchie aliqua de theologia p
mittere. ad diffiniendam materiam eius que tota in inuisibilibus consistat subsis
& earum naturis similiter in uisibilibus uisibili documento uteris ad
demonstrationem sui. Que sit materia ierarchiarum & dispositio earum.

Que sit materia ierarchiarum & dispositio earum.